



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Marcus Papa M. Patientia in adversis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. MARCELLUS, PAPA M.

Patientia in adversis.

Preces populi tui, quęsumus, Domine,
clementer exaudi; ut inter quascum-
que hujus vitę adversitates, B. Mar-
celli Martyris tuis atque Pontificis me-
ritis, juvemur, cujus passionis trium-
pho lætamur.

Ora pro afflictis & tribulatis.



Henri Caué sculpsit

Mortuo Marcellino Pontifice ad a
 304, adeo Romæ ferbuit persecutio
 ut, deficientibus qui electum MARCELLINUM
 ordinarent Episcopis, Sedes vacaverit an
 nos 4, menses 3. Fecit interim iste quod
 potuit; tandem consecratus, sedit adhuc
 annum 1, menses fere 4. Cum autem
 etiam 24 Titulos constituisset in Urbe
 quasi diœceses quasdam; commotus Ma
 xentius tyrannus, misit Marcellum in Ca
 tabulum, ut bestiarum, quæ publice ali
 bantur, curam sustineret. Inde eductum
 cum sui Clerici apud B. Lucinam colloca
 vissent, & hujus ille ædes in ecclesiam
 consecrasset; Maxentius illuc bestias addu
 ci iussit: inter quas, pœdore loci confu
 ctus, Sanctus obiit, anno 310. Ejus sepul
 crum Papa Damasus versibus exornavit
 & partem corporis Abbas Altimontensis
 Ursio, seculo XI, in Comitatum Namur
 censem ad Belgas detulit.

Patientia vobis necessaria est; ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem
 Hebr. 10.